GRAMMATICA

SLAVO-RUTHENA:

SEU VETERO-SLAVICAE, ET ACTU IN MONTIBUS CARPATHICIS PARVO-RUSSICAE, CEU DIALECTI VIGENTIS LINGVAE.

EDITA

PER

MICHAELEM LUTSKAY

PAROCHUM ET V. A. DIACONUM UNGHVARIENSEM. ACTUALEM SERENISSIMI PRINCIPIS ET DUCIS DE LVCA CAPELLANVM AULICUM.

BUDAE

TYPIS REG. UNIVERSITATIS PESTIENSIS.

1 8 3 0.

Hoc docenti, et discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere.

Seneca Epis. 108.

ILLUSTRISSIMIS, AC REVERENDISSIMIS

DOMINIS DOMINIS

ALEXIO PÓTSI,

DIOECESIS MUNKATSIENSIS.

ET

GREGORIO TARKOVITS

EPERIESIENSIS DIOECESIS

PRAESULIBUS

NESTORIBUS GENTIS.

ET

MULTIS EX RESPECTIBUS

IN

GRATAE POSTERITATIS CORDIBUS

SEMPER VICTURIS.

IN TESSERAM

PROFUNDAE SUAE VENERATIONIS

ET PERPETUAE GRATITUDINIS

DEMISSE OFFERRE SUSTINET

CONCINNATOR.

PRAEFATIO.

Cunctis Scientiis giganteis passibus progredientibus ars quoque Grammatices pari fertur motu, ut adeo nulla censeatur existere lingva destituta Grammatica. Ipsae Dialecti a suis sororibus diligenter secernuntur, ad res Civiles, et scientificas adhibitae pro ratione favorabilium circumstantiarum, alias ab omni honorifica functione extrudunt.

Testimonium hujus rei praebent Russia, Gallia, Italia, aliaeque regiones, ubi pro diversitate Provinciarum diversae Dialecti obtinent, una tamen prae-

va-

valuit, in eruditorum pultis non minus; quam Judiciorum Foris pro reliquis sororibus legumlatrix.

Quod adeo justum est, ut si quis omnes Dialectos pariter perfectas habere cuperet, neutram haberet, aut locum pararet pro aliena firmanda. Simile fatum experti sunt Veteres Slavi, qui vicissitudine temporum per varias Europae Provincias dispersi, neque Communicationem Litterariam habentes, nacti sunt nepotes, neglecta Matre Vetero-Slavica — proprias Dialectos qualificare adgressos. Glagolitica jam Saeculo XII. Alphabetho quoque distincta esse voluit. Reliquae, uti Bohemica, Polonica, Russica, Serbica atque Croatica subsequis saeculis in Dialectos transformatae sunt. Imo jam nunc minores quoque Provinciae, uti Moravia, Lusatia, Carinthia et Carniolia gestiunt formare distinctas Dialectos, sed vereor, ne separatio haec plures Dialectos evanescere, et per alias lingvas absorberi

fa-

faciat. Multis in locis ubi antea Slavica viguit, vix seniores noscunt maternam.

Quam fortis ne dicam Colossus lingvarum fuisset, si Mater reliquarum — si tamen revera quondam unica floruerit — Vetero-Slavica mansisset Litteratoria. Nec multum obstare videtur, inter Communem plebem alias vigere flexiones, et pronunciationem, ipsas vero provincias pro ratione sui situs alienos mutuasse terminos.

Nam relate ad primum sufficiat reflexisse: nullam existere lingvam eruditam cum plebe communem, nam id significaret, ut ruricola similes idaeas, et conceptus innatos habeat, quos eruditi per instructionem, et lectionem nanciscuntur. Unde nec Gallica, Italica, tantominus Germanica eadem est lingva eruditorum et Communis plebis, sed ideo nulli incidit, communes modulationes, flexiones, et expressiones anteponere Litterariis. Et ideo eadem manet Litteraria Germanica Londini, Petro-

tropoli, quae Viennae. Unice Slavi anxie solliciti erant, suntque, ut Lingva Litteraria cum Communi amalgamisetur, seu ut a pluribus intelligatur, seu ut facilius condiscatur.

Sed tamen qui Litterariam lingvam scire cupit, studere grammaticam debet, et illiterati ita sunt remoti a stylo polito, sicut a V. Slavico.

Cum terminis vero ab exteris mutuatis si id evenisset quod in Litteratura Germanica: sensim, et sensim pro ratione necessitatis ab omnibus fuissent acceptati.

Unica Dialectus mansit absque Grammatica, et forte corruptione, scilicet: Ruthenica, aut Карпато-рускаѧ, quae praeter parvam Russiam, Poloniam, praecipue usu venit in Galicia, Lodomeria, Bukovina, et ab hinc per latus meridionale montium Carpathicorum, seu superiorem Hungariam usque Scepusium, cujusque labii animae in Diaecesi Munkatsiensi et Eperjesiensi, in parteque M.

Va-

Varadinensi ad medium millionem numerantur.

Quae lingva siquidem ab omnibus reliquis Dialectis differret, et cum V. Slavica ferme conveniret, ideo necessaiei haud existimabatur distincta ejus Grammatica, siquidem flexiones V. Slavicae pro hac quoque deservirent, paucae vero differentiae pro nihilo justo reputarentur.

Sed magis dolendum praeter catechesim nulla existere alia opera in hac lingva scripta, unde non solum Croatica adhuc recentissime in СЫН ОТЕЧЕСТВА de 1828 pro Biblica reputabatur lingva, sed insuper Carpatho Russia per scriptores (Safarik Geschichte der Slavischen Litteratur nach allen Mundarten 1826) terra incognita adpellaretur.

Num Croatica, aut Ruthenica magis conveniat cum Biblica? ex specimine utut brevi, in fine adjecto Lector dijudicet, praeallata catechesis primo prodiit sub Episcopo de Camelis ab

1692

1692 — 1707. alia editio sub Bizantio, qui praefuit 1717. tertia sub Olsavszky omnes Tyrnaviae. Typis Universitatis ab Anno 1801 — 1815 jam ter reimpressa pariter Catechesis per Canonicum Kutka concinnata; postrema haec populares sonos, secus ad regulas Orthographiae redigi debentes continet.

Sed forte defuere ingenia, ut toto orbe in Litteraturis desudante, hic loci profundus regnaret sopor? Assertum hoc a veritate alienum foret. Superbiebat Gens, et Clerus, gloriabiturque posteritas in Episcopo Batsinszky Restauratore, Alexio Ilykovits mellifluo, Joanne Pasztéli acuto, Illustrissimo Episcopo Gregorio Tarkovits altero Methodio, Michaele Tabakovics ferreae diligentiae, memoriaeque felicis. Ipse Clerus usque ad 1809 Studia Theologica lingva Slavica audiendo miram facilitatem, et elegantiam styli consecutus fuit.

A Praeattacto anno lingvae excidium quidem imminebat, sed modernus Illustrissimus Episcopus Alexius Pótsi necessitati occursurus ab Altiori Loco benignam facultatem 1821 obtinuit Pastoralem , et Paedagogiam lingva hac tradendi. Laudabilem operam hoc in puncto praestitit Professor Cserszky Michael, qui praeattacta Studia nitido et correcto Stylo concinnavit. Insuper fecit vir hic, qnod ante illum nullus attentavit, scilicet qua Concionator Cathedralis plurium annorum Conciones redegit. Quas pro ultima manu adponenda 1828 secum Munkatsinum abstulit, sed paulopost Authore immortuo non scitur, ubi adhaeserint eaedem Conciones.

Sunt et actu viventes magnorum ingeniorum, et lingvae peritissimi Viri velut Stephanus Andruchovics, et Joannes Csurgovich uterque Canonicus, sed sicut superius laudati Viri negotiis Diaecesanis occupati erant; ita hi iisdem negotiis magis gravantur, quam

ut

ut hoc quoque ramo Genti prodesse possent. Et haec est ratio, quod Carpatho-Russia terrae incognitae nomine veniat.

Sed facile quis interrogare posset, unde nam Natio haec lingvam suam a Polonica, Russica, et Bohemica diversam mutuaverit? et praesens usque non perdiderit? Resolutio quaestionis hujus ad Grammaticam equidem non spectat, pauca tamen attingam, ut proprietas lingvae magis elucescat.

Hungarici Scriptores de Ruthenis parum, aut nihil tractant. Secundum Belae Regis Notarium Ductoribus Ruthenis Hungari Pannoniam intrarunt, sed ex posterioribus datis patet: hos viae Comites illocatos fuisse ad partes Danubianas — Oroszvár; provide certe, ut distantia loci a reditu arceantur. Alii cum Theodoro Koriatovich venisse dicunt. Verum quidem est Koriatovichium circa Annum 1339 — 1342 in Hungariam venisse, sed nullam gentem

secum

secum ferre potuisse, siquidem ob tributum negatum per Patruum suum crudelem Olgerdum manu armata e Podolia pulsum, fine auxilli in Hungariam venisse, neque amplius rediisse, sed a pio Rege Carolo Roberto Ducatum Munkáts obtinuisse Tercenta millia hominum ut dicitur, secum adferre non potiut, quia fuga cum tanta Gente non est commoda, et quis credat Ducem cum tanto populo auxilii gratia in Hungariam venisse? Accedit quod nec Scriptores ingressum tantorum extraneorum silentio praetermisisissent.

Karamsin asserit Tomo 1-o suae Historiae Russicae. (paginam citare nequeo, nam nec hoc, nec alia opera hic prae manibus habeo) Siquidem Andreas I. exul in Rusia existendo Russam Principissam Anastasiam duxerit, et ad Thronum vocatus secum Ruthenos adtulerit. Sed eruditissimo Viro non derogo, si reflecto, nunquam fuisse moris Principissis instar dotis gentes adjicere,

cere, sed et secus non magnus fuisset favor Principissae Russae, si ex plana Russia parva incolas adductos ad desperatos montes Carpathicos illocavisset, unde certe, memores Patriae facile repetiissent Lares proprios. — Caeterum esto similes partiales Gentis hujus migrationes decursu temporis et plures evenisse non negem, tamen probabilior mihi videtur Sententia: Gentem Ruthenam jam ante adventum Hungarorum in iisdem Sedibus exstitisse, ac immansisse. Donec distincto opusculo specifica argumenta desuper complexus fuero sufficiat praenotasse: Hungaros Gentes in Pannonia non exstirpasse, sed in societatem sumsisse; imo usque inductam ad Regnum Evangelicam Reformationem seu Acatholicismum solum nomine tenus ut Ruthenos notos fuisse. Partes vero illas inhabitatas fuisse oppidum Munkats, et Arx Unghvar testatur, ibidemque Salanum et Laborcium regnasse ex Historicis constat, et

dein

dein multae familiae suam nobilitatem usque S. Stephanum deducunt.

Tatari ad abdita montium haud penetrare queuntes, incolas nec excindere, nec in Captivitatem abducere poterant. Et ideo Koriatovich has partes bene populatas invenit. Munkatsiensem arcem exstruxit, Monachos et Moniales fundavit. Ujhelyini Ecclesiam pro Graeci-Ritus hominibus exstrui fecit. In Diplomate Elisabethae Reginae decem Possessionum: Lalovo, Kerepecz, Dorobratovo, Kastanfalu etc. Antiquissima Privilegia, ut exprimitur, confirmantur.

Haec et similia documento sunt: Gentem hanc in his partibus esse antiquam, et non, ut dicitur post hungarorum ingressum immigrasse, et ideo sedi affixa facilius lingvam incorruptam servare potuisse, praesertim cum usus lingvae Biblicae in Ecclesiis quotidianus agrestibus etiam familiaris sit, scribere vero gnari imitentur potius

tius Biblicas, quam Communes expressiones.

Unde linguae Ruthenicae distincta Grammatica, sicut antea ita nunc superflua esse censebatur.

Ego ad opus hoc publicandum eo permotus sum motivo, quod Mrazovits pro alterius labii discentibus servire nequeat, Dobrowszky autem admodum fusus, et pro pauperioribus alti pretii sit (5 fl. M. C.) Ruthenicas flexiones ideo adjeci, ut uberius noscatur, quantumnam haec lingva a Matre sua deflexerit? Ubi ab hac differt praenotavi, praenotatione non occurrente sequitur regulam Slavicae.

Dabam Lucae in Italia 1830.

Concinnator.

ERRATA NOTABILIORA.

Pag.	Lin.	Errata.	Corrige.
17	1	Absolvitur	resolvitur
18	15	вочо	воко
—	—	(вин)	(vün)
19	7	воззкати	воззвати
21	9	vocalis	vocalibus
22	7	свер	сбыр
—	15	граж	граб
23	7	хребет	хребет
—	—	хрвет	хрбет
24	9	выла	была
25	6	гертог	чертог
—	14	извыток	избыток
26	19	попорище	топорище
—	22	мачоха	мачеха
—	23	сплѣх	сплюх
27	12	сотрыв	штрыв
29	1	пѐречень	перечень
—	26	(м)	(m)
30	2	(вилым)	(вилы m)
32	18	(ив)	(üv)
—	19	(им)	(üm)
—	—	(им)	(üm)
—	20	(им)	(üm)
33	18	им	(üm)
—	19	им	(üm)
—	—	им	(üm)
34	12	край	краи
—	14	(им)	(üm)
—	15	край	краи
—	16	край	краи
35	9	жолтка,	жıлтка,
36	21	Gemtivo	Genitivo,

Pag.	Lin.	Errata.	Corrige.
36	22	animatarum,	animatarum
38	21	змїи	змїѣ
—	23	vocalibus	vocibus
42	—	братїѧ	братїѧх
—	25	землѣи,	землѣ,
44	11	a	aut
46	9	солом	селом
—	15	им	(üm)
48	12	растатїих	распатїих
50	3	сташен.	страшен.
—	8	тиновен,	чиновен,
—	22	ветх,	ветх,
51	25	драга,	драхл,
53	15	сватїй	сватїй
59	23	старою (ий)	старой (üй)
60	—	in Codicibus	— —
61	16	(им)	(üm)
—	17	небогам	нѣбогам
62	21	ветшїй. In	ветшїй, in
—	22	Ruthenica, etiam	Ruthenica. Etiam
70	20	оно	онаго
77	18	existimatur:	existimantur:
78	26	плѣвити,	плѣти,
79	17	primitivae	primitivam
80	19	modo	modica
85	6	обиме,	обесме,
—	7	обите,	обысте,
93	1	sed	seu
95	14	на	най
—	19	несѹша,	несѹща
—	—	несѹтїй	несѹщїй
—	23	несѹти	несѹчи
96	14	Post ь,	Post б,

DE LITERIS. Ѻ БꙊКВАХ.

§. 1. Slavi, et Rutheni utuntur Literis Cyrilliacis, quae spectata figura sunt 42, spectato sono, et virtute solummodo 29 utpote:

Аа, Бб, Вв, Гг, Дд, Єε, Жж, Ѕѕ, Зз, Ии, Її, Кк, Лл, Мм, Нн, Оо, Пп, Рр, Сс, Тт, Ꙋꙋ, Оу оу, Фф, Хх, Ѿѿ, Цц, Чч, Шш, Щщ, Ъъ, Ыы, Ьь, Ѣѣ, Єє, Юю, Ѡ̂ѡ̂, Ꙗꙗ, Ѧѧ, Ѯѯ, Ѱѱ, Ѳѳ, Ѵѵ.

Ex quibus si ѕ, ї, оу, ѿ, ѡ, є, velut dupplicatae, ф, ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, velut ad Graeca dumtaxat vocabula exprimenda deservientia demantur, manebunt ad proprie Slavicas Syllabas exprimendas idoneae 30, Ast si ъ, velut nullum sonum edens Character extra numerum ponatur, sono, et virtute restabunt necessariae 29.

Ex his vocales seu самогласныѧ sunt: а, є, и ї, о, оу ꙋ, et ы, ѥ, ꙗ ѧ, ю, ѣ. vocales а, є, и ї, о, оу ꙋ, ы, sunt purae, простыѧ чистыѧ, ꙗ ѧ, ѥ, ю, et ѣ affectae, сложенныѧ seu liquidae; possunt etenim resolvi in duas vocales, scilicet, in ї, et а, є, et ꙋ, Vocalis и, alteri adposita efficit diphtongum, двоегласныѧ ай, єй, їй etc. Reliquae Literae sunt Consonantes, согласныѧ, quae dividi possunt in quinque Classes:

Labiales в, б, п, м.

Linquales л, н, р.

Dentales: д, т.

Sibillantes: з, ж, с, ш, щ, ц, et ч. demum.

Gutturales г, к, х. Hae tres natura sunt crassae: ж, ш, щ, ч et ц natura molles. Reliquae et crassi, et tenuis soni capaces sunt.

Classificationem, et distinctionem hanc, nullus existimet superfluam esse grammaticalem subtilitatem, absque ejus enim notitia multa nacturus est Lector dubia, solum per hanc Classificationem sufferenda.

§. 2. Singularum harum sonus est sequens: а, б, в, sonat velut apud Latinos a, b, v. г, seu initio seu fine velut latinum h.

In

In Ruthenica insuper in medio tamquam χ, легкїй. In ipsis vocibus extraneis, sed civitate donatis servat tonum h. Гаврило, Havrilo, Гриц, Hritz, in paucis tamen tam Slavicis, quam extraneis velut g. нигды, nigdu, бигарь, bigárj. Russi et Serbi tamen more Graecorum amant eam ut lat. g. vel grae. г. pronunciare.

д. aequivalet latino d.

є. pronunciátur 1. Initio vocis aut syllabae, velut je. e. g. єго jeho, твоєго twojeho, sed 2. in medio, et fine vocis, si syllabam non inchoet velut latinum e, e. g. землє zemle, велєбнє velebne. Ast in Ruthenica sonat insuper 3. post ж, ш, ц, ч et щ velut о, e. g. жолтый, пошол, лицом, чорт, in vicem желтый, пошел, лицем, черт. Sed nec hoc in omnibus vocibus praesertim si tonus eis non adhaereat, e. g. Желѣзо, шепчу, чешу, церковь. 4. Edit sonum etiam velut Gallicum u, Hungaricum ü, e. g. рекл rükl, пекл pükl, пастырем pasztirüm.

Haec interim non ideo praenoto, ut sic pronunciandum doceam, sed ut soni ex ore ruricolae auditi resolvi, et exscribi valeant, ipsae vero Declinationes, et Conjugationes suo

 loco

loco recursurae per e exscribendae, sed ad hunc sonum reducendae cognoscantur genuinae plebis etiam Declinationes, ac Conjugationes. Russi in his cazibus ё duobus punctis notare solent ad designandam soni mutationem.

ж. Gallicum j, et Hungaricum zs.

ѕ. з. Sono non differunt, sed utraque Litera enunciatur sicut latinum z.

и ї, ы, ѣ. и et ї sono non differunt, sed solum usu Orthographico. Relate ad и et ы, conveniunt Grammatici utramque vicem subire latini i; sed diverso oris sono, scilicet ы esse crassioris, et durioris, и vero mollioris, et magis obtusi toni. Sed in ѣ enunciando, sicut usus; ita sententiae Grammaticorum discrepant. Russi proferunt velut je. Serbi et Bohemi velut ie, quasi duas syllabas efficeret. Sed Bohemi post l cum Russis servant. Rutheni, huc inclussis Galliciae, et parvae Russiae Incolis velut accentuatum í, seu Germanicum wie. Intentio mea non est, uberius discutere, quaenam pronunciandi ratio optima sit? nam etiamsi quis genuinam expressionem in ipsius Cyrilli ore vigentem manifeste demonstraret, ideo in usu receptum sonum non amplius reformaret. Videtur triplex i apud Ve-

teres

teres Slavos in usu fuisse, i acutum, seu cum accentu, i crassum, seu profundum, et i medium. Cyrillus pro singulo sono distinctam literam formando uti pro ja ꙗ, pro ju ю, pro triplici etiam i collimatur fecisse triplex i, et quidem pro í acuto ѣ, pro crasso ы, et pro medio и, ita ut sicut toni sunt distincti, distinctae sint etiam Literae: вѣл, выл, вил.

к, л, м, н, cum latinis communem habent sonum.

о pariter sonat velut o latinum. Sed inter Ruthenos in quibusdam partibus velut Hungaricum ü, Gallicum u, поп püp, пост püszt, волѡм volüm, alii demum amant et ut ї vel ѣ eam pronunciare, e. g. піп, сніп, кінь, пѣп, снѣп, кѣнь, вѣл, alii item exemplo Valachorum ducti ut оу seu ꙋ, e. g. снꙋп, кꙋнь, вꙋл. Sed hic eadem est reflexio, quae circa є facta est, in ore cultiori retinetur utriusque Literae genuinus suus sonus. Et hic possent duo puncta pro signo deservire mutati soni.

п, р, с, т, оу ꙋ, constanter pronunciantur velut p, r, s, t, u.

ф, ceu f, aut ph.

х, velut ch latinum.

ш.

ш, aequivalet Germanico sch, Hung. s.

щ, non habet in aliis linquis sibi similem, Germani exprimunt schtsch, Hung. szts.

ч, velut Italicum ce, Hung. cs, ts.

ц, aequivalet Italico z, German. ʒ, Hung. tz.

ъ, ь, in eo differunt, quod postremum literam emolliat, ubi ь non est, ponitur ъ, pro signo absentiae emollitionis, sed ipso facto sequitur, signo emollitionis absente, abesse emollitionem.

є, respondet je.

ю, aequivalet sono ju.

ꙗ, ѧ, autem ja.

ѯ, velut latinum x.

ѱ, velut ps.

ѳ, respondet pht, aut Anglico th.

ѵ, est Graecum *υ*, latinum y, ante vocalem saepe subit vices в, Паѵел, Еѵаггеліє.

§. 3. De usu harum Literarum seu Orthographiae. О употребленіи букв, или писмен.

а, Usuatur in medio, et fine vocum, sed post vocalem aliam numquam scribitur; sed abit in ѧ. Olim post ж, ш, щ, ч, et ц semper ѧ scribebatur, nunc praecipui Grammatici, post has consonas semper а adhibendum docent. Unde facile explicabis cur verba sextae Conjuga-

jugationis has Consonas habentia non ѧ; sed а postulent: держꙋ держат, лишꙋ лишат, молчꙋ молчат, aut cur Ruthenicum ꙗйца, et non ай-ца scribi debeat? Inchoat voces dumtaxat paucas utpote:

а, Conjunctio sed, et абїе mox, аще si ак: sicut, амо quo, аз ego, olim ꙗз, unde omisso з, modernum ꙗ ego formatum.

є et е, Initio vocum occupat є, nullam vero incipit е, sed in medio et fine semper е. Adhibetur tamen є in medio ad casus plurales distinquendos a singularibus, signanter in Nominativo plurali знаменїѧ, двєри, вєси, сє-стры, ad distinquendum Genitivum sing. знаменїѧ, веси, сестры. In Dativo plurali Царєм pro distinctione Socialis Царем.

И ї, Ї, Nullam Slavicam vocalem inchoat, in vocibus tamen peregrinis etiam initio adhiberi solet: Їсꙋс, Їерей, Їωан, ast in medio ante consonantem non occurrit praeter in мїр, mundus ad distinctionem sive мир pax, sive мѵро crisma, item in вїно, sed nec вино vitiosum est. In peregrinis vocibus tamen in medio etiam usuatur Ѳеωфїл. Exclusivum usum habet in medio ante aliam vocalem бїю, спасенїе, благїй. Ipsa Praepositio при suum и

trans-

transformant in ї, si cum voce a vocali inchoata componatur прїйдꙋ, прїѧти. ѣ post se non patitur, sed и. Allibi sicut initio, ita medio, et fine semper и scribitur: имѧ, ити, творити.

ѡ, о Sono non differunt sed usu, et figura. ѡ usuatur 1–o In vocibus peregrinis Їѡан, Їѡв. In Imagine Salvatoris о, ѡн Graecum est ὁ ὤν. 2–o In exclamatione cum vocativo juncta ѡ Боже! 3–o In Praepositionibus ѡ, ѡб, ѡт, (contractive ѿ) sed hinc quoque exceptionem patiuntur окрест, одежда, обычай, област (обвласт) облак (обвлак) образ. 4–o In Casibus pluralibus, non ex necessitate, sed subtilitate ne cum singularibus confundantur. Signanter in Nominativo pl. бѡлша, мнѡга ad discrimen singulare болша, многа, глагѡли, verba, ad distinctionem глаголи, loquere. In Genitivis Пророк Profetarum. In Dativis Пророкѡм nec non 4–o in Genitivo singulari єгѡ ad discrimen Accusativi єго. Finaliter 6–o in Adverbiis скорѡ, благѡ, ne confundantur cum neutro скоро, благо.

оу et ꙋ, aeque non differunt sono sed usu. оу initio vocum, allibi ꙋ, ita etiam

ꙗ, et ѧ, primum in principio, posterius allibi ponitur, excipe si velis ѧзык lingva.

ы

ы Nullam vocem inchoat. Allibi secundum exigentiam soni, aut flexionum adhiberi debet. Exigentiam soni nemo Grammaticis Regulis feliciter definiet. Exigentiam flexionum facilius penetrabis combinando casus, quam legendo Regulas. Quod Analogiae exigentiam attinet. Non scribitur ы post alias vocales, neque post mollem consonam, per ь scilicet adfectam sed и. Hinc facile capacitaberis quare post ж, ш, щ, ч, et ц. ы non habeat locum sed и. Hae enim consonae semper sibi adfixum habent ь, aut etiam si absit, subintelligitur. Ex hac analogiae ratione erronee in Libris impressis post ц ы legitur, erronee Mrazovits quoque ad observandum tradit. Altera Analogiae Regula est. Post Gutturales г, к, х. semper ы et numquam и locum habere potest. Ratio hujus Regulae est ipsa natura harum Litterarum. Omnes enim reliquae consonae capaces sunt et crassi, et emolliti soni, sed hae tres nullam emollitionem patiuntur, consequenter reliquis poterit adjici ь, ю, ѣ, я, sed gutturalibus nulla harum. Si hoc cum praelatis 4 emollitis vocalibus observatur, observandum etiam cum quinta и natura sua prioribus aequali. Sed si quis ex Theoria convin-

ci

ci nolit, vincatur praxi. Si in flexionibus nominum et verborum regentia casus aut temporis unam ex mollibus vocalibus ѣ, ю, ѣ, ѧ, и poscat, tres gutturales locum cedunt suum aliis consonis, quia nullam harum vocalium patiuntur, ergo ipso facto sequitur, ubi solae immobiles manent, ibi nullam praeallatarum vocalium locum habere posse. In consequentiam horum male Accusat. pl. десницы, мрежы, лѹчы, дѹшы, пищы, sed rectius десници, мрежи, лѹчи, дѹши, пищи, sed nec plur. Nominat. bene: книги, рѹки, снохи, pro книгы, рѹкы, снохы, circa quinque Sibillantes ж, ш, щ, ч, ц, Regulam Analogiae vel ideo observandam censeo, quod expressio cum ы plane violenta sit, sed circa gutturales etiam si recedant, ipseque recedam, saltem gratilior expressio pro argumento deservire poterit.

ѣ non inchoat voces Slavicas. A Russis Rutheni quoque habent ѣдъ, venenum ѣсти manducare, ѣхати, (apud paucos) ire, ѣздити equitare, et proprium ѣж erinaceus.

In Slavica post nullam aliam vocalem scribitur, in Russica tamen usuatur.

ю Inchoat, et finit voces, in medio post consonam л solummodo occurrit, люблю, людїе,

дїє, блюдо, блюсти, лют. Post Consonas ш ч щ, olim semper ю, nunc ꙋ adhibetur; hinc elucet quare in 2-a Conjugatione in 1. Sing. et 3. plural. non ю, sed ꙋ habeatur мажꙋ, мажꙋт, pro мажю, мажют.

Huc adjicio ъ et ь, velut medios Characteres inter vocales, et consonas.

ъ functionem habet claudendi vocem; sed nullam potestatem addendi aut demendi ex sono consonae antecedentis, post vocalem nullibi locum habet. Jam

ь emollit literam Consonam antecedentem. Emollitionis autem omnes consonantes Slavicae capaces sunt praeter gutturales г, к, χ. post Sibillantes ж, ш, щ, ч, ц, in fine semper adhiberi debet, aut si exmittatur, semper ad esse supponitur, конецъ, aut конец, плачь, жрец, нашь, стражь. Hi ergo characteres ъ, et ь, nec vocales, nec consonantes vocari queuntes, suffixa nominari possunt, primum crassum дебелое, твердое, alterum tenue тонкое. In medio nec ъ, nec ь scribitur demtis vocibus польза добыток, свѣдѣтельство, testimonium, льстити fallere.

Jam nunc questio institui poterit, an praemissae Literae semper juxta datas Regulas scribi

bi debeant, aut nefors ipsarum duplicatarum, et triplicatarum (ѡ о ѿ) Literarum reductio fieri possit?

Inter є et ѥ inter ѡ et о superfluam esse distinctionem non modo aliae cultae linquae; sed etiam caeterae Slavicae Dialectus ipsa adeo Russica, exemplo esse possunt, propterea tamen non verentur, oriturum inde sensum aequivocum. Cur nos adeo solliciti esse volumus ne per reductionem є, et ѡ sermo noster evadat obscurus? Cubile sicut Dativum, ita Ablativum habet Cubili ideo pro alterutro distinquendo casu novae litere non existunt, nihilominus singulus ex sensu novit, qualis sit casus? Unde nec Russi tempore efformationis suarum Litterarum rei hujus reflexionem habendam putarunt, habituri certe, si ad essentiam linguae pertinere cognovissent. Sed et secus, quem rogo, ѡ et є reflectit ad diversitatem casus, aut numeri? Auditores certe non, quia enuncians non edit varium sonum, unice Lectoris oculi adficiuntur per diversas figuras є ѥ, ѡ о, sed si auditores non confundunt casum cum casu, numerum cum numero; sed adcurate distinquunt, quid loquens dicere velit, cur Lector ex sensu id ipsum collimare

nequi-

requiret? Ne itaque oneretur Lingua Literis, et Regulis minus necessariis, existimo inter є et ε ѡ et о nullam esse faciendam distinctionem. Si antiquus usus probet ut voces ѡкрест, ѡбраз, ѡбласть, ѡблак secus per ѡ scribi debentes, citra causandam ambiguitatem per о scribantur, quid obstat, ne et aliae voces harum orthographiam sequantur, usuque subsequo roborentur?

Unde etiam si quis от aut ѿ scripserit, aut оу ȣ, ѧ ꙗ reduxerit, nihil obscuritatis in linquam redundabit.

Major adhuc reflexio occurrit circa ъ. Character hic siquidem nullum edat sonum tute exmitti poterit. Si singula Litera, absente ь crassius pronunciari debeat, non oportet eam per ъ durefacere. Aliud foret, si Literae natura molles etiam durioris soni essent capaces; totum ad auferendam hanc mollitiem ъ necessarium foret, sicut ь necessarium est ad tollendam duritiem consonarum; sed natura molles Literae ж, ш, щ, ч, ц, durioris soni capaces non sunt, imo si per abusum etiam ъ adfigatur naturam non exuant; suapte sequitur hunc Characterem reducendem esse, praesertim siquidem a saeculis emanserit ante ся, tute poterit

terit et allibi emanere. Nec evincit ejus conservationem, quod in Compositis предидꙋ возѧрилсѧ etc. absentia ejus redderet lectionem dissonam, observetur, quod Latinus in similibus compositis observat, abire, subboriri. Nec hoc contemnendum, quod Litera haec secundum Calculum Schlötzerianum typum reddat, absque omni imponente necessitate 5 procent. cariorem. Vide Tappe Russ. Sprachl. S. Petersburg 1826 pag. 13. et Dobrovsky plur. in loc.

Circa Consonantes id cum primis observandum, ne ex radicalibus ulla exmittatur: бездна, Сердце, Солнце, non vero Серце Сонце безна. Tantominus similis toni Literae permutentur. Usus invaluit, ut praepositiones из, воз, ante к, п, т, х, ч, ц, mutent з in с, воскресеніе, исход, исполнь, восток, исцѣлити, исчѣзнꙋ.

Literae с ч solent contrahi in щ, sed melius, si radicales manserint: бесчесть, et non бещесть.

гг Siquidem in vocibus graecis pronuncientur velut н, г, praestat utrumque conservare, quam unam in н mutare: аггел, et non ангел. In libris крест, sed in communi usu pronunciatur хрест, observante Dobrovskyo Gram.

Gram. pag. 35. venit a Хр҃тос хрестити христїана facere.

ѕ Voces incipit ѕвѣзда, ѕвѣрь, ѕелїе, ѕло, ѕмїй, ѕлак herba, ѕѣница, ѕѣло, sed tute substitui ei poterit з.

ѱ, ѳ, ѵ, Tantummodo ad Graeca non Slavica vocabula adhibeantur. Ѱом мале sed Псом.

DE MUTATIONE LITERARUM. Ѡ премѣненїи букв.

§. 4. Mutatio Literarum in Lingva hac frequentissima et quia pleraeque Slavicae dialecti ab ea provenere, ideo etiam scitu necessaria est. Sicut etenim varii casus, et tempora suam characteristicam poscunt, ita jam vocalis jam consona mutationem subit, ipsa actio simplex, in iterativam transeuns secum fert mutationem Literarum. Mutatio haec arbitraria non est, sed fit secundum Analogiae exigentiam. Regulae hoc in puncto sunt principaliores.

1–o а mutatur in о si inter duas Consonantes Radicales, vocem inchoantes, praesertim si secunda sit л, aut р, о interponatur: глас - голос, глад - голод, сланина - солонина, слама - солома, клас - колос, град - город, прах - порох etc.

Prae–

Praepositio раз in compositis а mutat in о: розрѹвати, роз-ѹм. In рожен, veru, et з emansit, et а in о mutatum.

In simplicibus paucis а mutatur in о: роbота, локоть, родина. Sed

2–o Vicissim о mutatur in а in verbis iterativis quae ante ти, а, aut ѧ assumunt: кланѧти а клонити, гарѧти а горѣти.

3–o о mutatur in е si molli (cum ь) consonanti о adfigi deberet, ideo in Declinatione masculinorum ь affectorum non ом sed ем adfigi debet: царем, отцем. Id etiam in verbis si ad ч, щ, etc. овати adjici opus sit: врачевати, непщевати. Quaedam попел озеро, a Russis pro пепел єзеро habentur. Ast etiam

4–o е mutatur in о in formandis frequentativis, ведѹ, водити, везѹ, возити, текѹ, точити, несѹ, носити.

5–o In similibus frequentativis и mutatur in о: пїю поити, гнїю гноити et ы ante в in о: рыю ров.

6–o Rutheni solent in usu communi їе centrahere in ѧ in sing. Nominativo tunc etiam antecedens е in ѣ abit спасенїе спасѣнѧ.

7–o

7–о ȣю Asolvitur in ов: кȣпȣю кȣповати, ιилȣю миловати, ѿринȣ ѿриновен. Rutheni tiam ою in ов transformant, inde est quod De- linationis foemininae Socialis non in ою sed в exeat.

8–о Literae ȣ et ы quandoque alternant: лȣх слышати.

Consonantium Mutatio aeque frequens est. unt vero sequentes consonae in alias mutabi- es, utpote:

	in	жд	—	сȣдити	сȣждȣ
	—	щ	—	мȣтити	мȣщȣ
г	—	щ	—	постити	пощȣ
	—	ж	—	казати	кажȣ
	—	ш	—	носити	ношȣ
	—	ч	—	овца	овча
	—	з	—	бог	бози
	—	ж	—	бог	боже
	—	ц vel ч	—	мȣченик	мȣченици
				око	очи
:	—	щ	—	искати	ищȣ
	—	с vel ш	—	дȣх дȣси,	оухо оуши.

Sed etiam gutturalis г, к, х, si in infini- ivo immediate ad ти sequi debeant, гт, кт, т, mutant in щ, inde est: могȣ мощи, пекȣ

пещи,

пєщи, Rutheni in locum щ, substituunt ч: мочи пєчи. etc.

Harum Literarum mutuae permutationes in Conjugationibus, et Declinationibus frequentes, et necessariae sunt, regulas tamen eatenus generales ideo non adjicio, quoniam magis proficuum existimem, id in praxi, seu in ipsis Declinationibus, et Conjugationibus attingere. Confer Dobrowsky Gram. p. 39. ss. Solet etiam Litera ad radicem non spectans, sed euphoniae gratiae ante, – post, inseri vocibus, e. g. н in pronomine нань ѿ нєго in verbis внидѹ ab идѹ, внѹши ab оухо. Saepe Rutheni in comuni usu ante о et ѹ в ponunt sicut Bohemi вочо, вѹхо, вон (вин) ille, вѹдица, sed id nullatenus probandum. Sed in usu receptum ut post labiales б, в, п, м, quotiescumque ю, ѧ, ь, sequitur, л epintheticum interponitur: люблю, кѹплю, дрємлю, вопль, ѥдлі землѧ, sed in 3 plur. saepe absque л legitur Маѳ. 14. 16. да кѹпат брашна себѣ.

Propositionibus воз, из, прєд, etc. additur о praesertim si plures sequantur consonae, прєдомною, возопїю. Allibi si vocalis sequitur и, interjicitur ы обыйдѹ.

Non

Non raro post ж epintheticum д ponitur: изждєнꙋ, et ante р: раздрꙋшити, pro изжєнꙋ, разрꙋшити. Secus epintheticum д ante л Bohemicum est садло pro сало.

Duplicatio Literarum in Slavica lingva fieri non solet, nisi id radices invicem compositae poscant: беззаконїє, воззкати, aut comparativi вышшїй, quia componiiur ex без-законїє, воз-звати, выш-шїй.

Participia pro arbircio jam избранный, jam избраный scribi solent.

Elisiones Literarum aeque rarae sunt: saepe tamen д, т, excidunt ante л et н, e. g. впал pro впадл, оувѧнꙋ pro оувѧднꙋ.

д eliditur post ж ante vocales: госпожа pro госпожда.

в post б, Област pro Обвласть.

л post р, рек pro рекл.

Recapitulatio.

Ante vocalem non и, sed ї.
post vocalem non а, sed ѧ.
post vocalem non ѣ, sed и.
post г к х ж ш щ ч ц non ы sed и.
post г к х ж ш щ ч ц non ѧ sed а.

post г к х ж ш щ ч ц non ю sed ꙋ.
post ж ш щ ч ц non о sed є.
post г к х — — — non ы sed о.
post г к х numquam — — stat ь.
post ж ш щ ч ц semper stat ь.

DE VOCIBUS.

§. 5. Singula orationis pars vel ex ipsa radice, vel compositione constat. Compositio perficitur, si aut literae formativae radici adfigantur, aut radix radici alteri adplicetur. e. g. оум, mens, оумѣю intelligo, разꙋмный, благоразꙋмный intelligens.

Radices constant vel ex vocalibus solis, vel consonantibus solis, vel junctim.

Ex vocalibus radicalibus solitariis adhuc in usu sunt:

а. at, sed, et.
є. id, et tertiae personae designatio.
и. pronomen eum, et conjuctio et.
ꙗ. ego, et аз, vel ꙗз.
ю. eam.
о. propositio et interjectio.
оу. apud.

Consonae solae in usu de natura esse non possunt si tamen examinentur inter alias,

м. primam personam designat, inde ми, ма, et apud Bohemos, Polonosque primae singularis verborum terminatio. In plurali apud omnes dialectus.

т. Secundam. Inde in omnibus fere lingvis tu. et pluralis adjectis servilibus.

н. negativum in omnibus fere lingvis.

Sed quoniam omnes aliae radices junctim cum vocalis et consonis constent, hujus generis radices solerter distinquere oportet. Generales has regulas applicaturi, transeamus ad singulas orationis partes.

DE SUBSTANTIVIS. Ѡ҇ СѸЩЕСТВИТНЫХ ИМЕНАХ.

§. 6. Substantiva ex ipsa radice:

1. Antecedente vocali: оум, оуд, ꙗд, (ѣд) ꙗз, юг, єж, (ѣж). Antecente unica consona, et subsequente altera vocali Substantiva interiere; sed quam plurima

2. Accedente vocali. Бой, вой, выа, гай nemus, лой, ꝑай, ꝑой, соа corvus glandularius: тай, шѹй, laeva manus, шїа, оуй (оуйко)·

3. Ex duabus consonis et una vocali: Бов, бѣг, бог, бок, бѹк, бык, вид, воз, ваз,

вол,

вол, гад, гать, гꙋк, дом, дꙋб, дым, дар, жар, жир, жид, зꙋб, зад, зать, кал, кол, кот cattus. кꙋт, кошь, лев, лꙋб (чело) лен, лед, лѣк, мир, мор, мак, мꙋжь, мышь, ножь, нос, нощь, пꙋп umbillicus, пень, под podium, пес, пядь, рѣнь, ржа, род, ряд, рог, рак, соль, сон, сын, свер, тѣнь, тꙋк succus, ход, цап, цѣп, цѣнь praetium, царь, чар praestigiae, чин, чадь fuligo, час, шип, aculeus inde шипарь rosa canina, шꙋм sonitus, ширь planities, щꙋр loxia enucleator, щит clipeus.

4. Ex tribus consonis, et una vocali; брат, внꙋк, воск, грань, aliis terminus inde граница, Ruthenis vivi carbones, граб carpinus, дрен cornus, masc. длань, желчь, жердь, звон, злак herba, квап, квас, лесть, лист, мост, мысль, нрав, плѣшь calvicies, прꙋг locusta, рождь palmes, раст statura, стог acervus, слѣд, серп, трꙋс terrae motus, торг mercatura, тиск храм, хлѣб, хлѣв, хмѣл, хрѣн, шпак, шлем galea, щербь, цвѣт, чмель, череп, честь, часть.

5. Radices quatuor consonarum cum una vocali, блеск, блазнь, версть aetas, горсть pugillus, гвозд, грозд uva, botrus, дрозд, дрождь, плеск, перст, свист, смрꙋд, сверб,

скорбь,

корбь, стекло, твердь, трость, треск fragor, цвырк fritinitio. Sed hujus Classis Substantiva, et cumprimis quinque Consonantium aut in duas syllabas resolvuntur, aut cum finalibus adjectionibus usuantur, мрзость, мерзость, мѧздра, superfices cutis, carni obversa: хребет, хворост, жирнов, ex мздра, хрвет, хврост, жрнов.

6. Sunt radices duarum syllabarum: пѣнѧзь, тополь, трепѣт, салаш, tugurium pastorum non est hungaricum, чертог, гортань, guttur, комар, ковчег, клѣврет, корчаг, корабль, кремень, камень, вечер, господь.

§. 7. Sed plurima Substantiva fiunt per Literas formativas. Formativae Literae sunt aut vocales, aut consonantes. Vocales sequentes sunt formativae Substantivorum а, е, и, о, ѧ, ы.

а. доба, нива, делва orca, vas, слѹга, рѹда aes, оуда hamus, кожа, лоза, проказа lepra, сѹка, лѹка, зима, рана, кѹна, maples, рѹпа, стѹпа, pila, мѣра, нора antrum, раса fimbriae, оса, кита sertum, мѹха, оутѣха, тѹча, овча, онѹча scrutum, дѹша, чаша, овца пища,

е. море, поле, лице, плѣче,

ïе.

їє. орѹдїє, копїє; ope їє fermantur substantiva jam ab ipsis radicalibus Substantivis, безѹмїє, jam ab adjectivorum radicibus незлобїє, преподобїє, jam a verborum radice терпѣнїє, глаголанїє, питїє, избавленїє, мановенїє. Formantur etiam Collectiva substantiva: дѹбїє, былїє, поморїє, гвоздїє. Haec in Comuni Ruthenica contrahuntur in а дѹбла, была, гвозда, распата, распѹта, камѣна.

и. Vocali adfixa format diphtongum: слѹчай, обычай, покой, клей, лой.

о. село, крыло, писмо, мыто, лѣто, вѣдро, urna, жало, зерно, рѹно vellus, дно, сѣно.

а. сѣма, зора, пра lis, contentio, бѹра, капла, земла, стаа (стана) stabulum.

Item diminutiva: пса, козла, кѹра, близна, праса - пороса -,

ы. pauca in Libris Liturgicis et Biblicis любвы, неплоды, церквы, свекры, камы, пламы.

§. 8. Consonantes omnes deserviunt pro formandis Substantivis unica п. Litera huic usui idonea non est. Formativae Consonae jam solae adfiguntur jam cum ь, pluries vocalem assumendo, quam ante aut post se habent. Pauca in exemplis.

б. дрꙋжба, свадьба, nuptiae, слꙋжба, жалоба, злоба.

в. кров, нрав, Остров, хꙋраговь, vexillum, любов, бритва, клатва, женитва, дꙋбрава, кричава, ґрадиво, пиво.

г. мозг, гертог, Острога, сꙋпрꙋга.

Item contemptum parientia: волоцꙋга, плюга.

д. правда, кривда, Одежда, попада, громада, ꙗгода.

ж. падеж casus, матеж, продажа.

з. кладазь, колодазь, прїазнь, болѣзнь, оукоризна, opprobium.

к. свиток volumen, извыток, пѣсок, оученик, мꙋченик, празник, дымник, дꙋбник, грабник, законик, свѣщник, item diminutiva in ка et ко: рꙋчка, дѣвка, кꙋрка, древенько, винко, колѣнко.

л. стол а стою, оугль, мозол, начало, мыло, правило regula, пꙋдило, свѣтило, точило.

Item multa a verbis ope, ель, Спаситель житель, мꙋчитель, родитель, оучитель, добродѣтель,

м. отчим, корчма, солома, племѧ, времѧ, бремѧ

н.

н. стан statio, рожен, степень, ремень, перꙋн, бѣгꙋн, воин, исполин.

Gentilitia оугрин, риманин, хртїанин, жидовин, alia per на et но vocabula, воина, гривна, весна, долина, сꙋдина, десатина, паꙋчина, полана, гꙋмно, окно, колѣно, сꙋкно.

ына. пꙋстына, милостына, кнагина, гордына.

р. сокира (а сѣкꙋ) пещера, вѣтр, вѣхор.

Item opificum et servitiorum nomina пекарь, горнчарь, писарь, свинарь, пастырь.

с. пѣснь, басн fabula, колесо.

ст. et ств. правость, милость, пакость, лѣкарство, достоинство, долство, шествїе, царствїе.

ск. воиско.

ш. юноша, пꙋстош.

щ. попорище, сꙋдище, пристанище, хранилище, huc spectant humiliativa: женище, дѣтище, хлопчище, волище, коровище.

х. пастꙋх, жених, сваха, мачоха, humiliativa, сплѣх, лежꙋх, вѣдалах,

ц. близнец, горнец, стрѣлец, гꙋдец, борец, слѣпец, старец, вѣнецъ, вѣнок, dos, пїаца,

Di-

Diminutiva столєц, хлопєц, дворєц, тай-цє, словцє, тѣлцє, колѣнцє, головцє.

Similia uberius deducere, et varias significationes ex adnexionibus explanare vetat instituti ratio, qui prolixiorem eatenus Tractatum cupit habere, Grammaticam Dobrowszkyanam diurnis, nocturnisque velit terere manibus.

Sed nec hoc latius pertractare, tantum indigitare volo, quod Substantiva componantur ex Praepositionibus: восток, возраст, прогон, приклад, свада, понос, сотрыв, пролов. Item ex duabus radicalibus partibus, благополучїє, добронравїє, триоуглїє, четвероблаговѣствїє: Tetra Evangelium.

DE GENERE SUBSTANTIVORUM. Ѡ РОДѢ СУЩЕСТВИТИНЫХ ИМЕН.

§. 9. Lingva haec tria genera habet: masculinum, femininum, et neutrum.

Ad cognoscendum genus, vel sensus ipse, vel terminatio vocis deservit, consulique debet.

Masculini generis sunt.

1. Nomina propria virorum, item dignitatum, officiorum, servitiorum, opificiorum, quae

quae mares obeunt, qualitercumque terminentur: e. g. Ананїа, воевода, Царь, кнꙗзь, слꙋга, звонарь, злодѣй.

2. Omnia nomina in solidam consonantem exeuntia: дꙋб, рим, град, стꙋп.

3. Terminata in diphtongos etiamsi discerni nequirent, num virum feriant: uti in ай, ей, їй, ꙋй, ой, ѣй, ый. e. g. край, клей, змїй, оуй avunculus: рой, examen, стрый, злодѣй.

4. Exeuntia in ь, de regula esse deberent feminina, sed sequentia sunt mascula: червь, голꙋбь, вопль, сипль, scarabeus. пень stipes, лань, tragelaphus, линь cyprinustinca, конь, огнь, окꙋнь perca, моль, хмель, тополь, оуголь, дреколь, fustis, жеравль, корабль, звѣрь, вепрь, непотырь (потыргачь) vespertilio, оугорь anquilla, медведь, лебедь cignus, заꙗць, конець, желꙋдь (in comuni est fem.) вождь, пождь, pavimentum, дождь, гвоздь, пꙋть, тать, зꙗть, тесть, гость, пѣнꙗзь, єжь erinaceus, ножь, сос alce, лосось, salmo, кошь, лещь, плащь, лемешь, вомер, плищь, clamor, плющь hedera, брощь rubia, мечь, мочь urina, обрꙋчь, плачь, ключь, врачь, деготь, кисель, ливень imber, ноготь ungvis, перстень,

перс-

перечень, summa, complexus, племень, пламень, ремень, словарь, собол, zobel, стихарь, сухарь, zwieback, букварь, бичь, грачь, гусь, гребень, день, датель, динарь, жаль, камень, кашель, кладазь, костыль, корень, кремень, куколь, лучь, локоть, матежь, рысь, linx, ячмень, орь, ясень, копачь, олѣнь, клѣщь.

Item in тель, quae viris tribuuntur: владѣтель, добродѣтель.

Servitiorum, et professionum uti jam dictum, пускарь. etc.

Feminina sunt: 1-a Omnia nomina feminas respicientia e. g. Мати, неплоды.

2-o Omnia exeuntia in а, нога, коза, кожа.

excipe graeca in ма, анаѳема, догма.

Item pluralia in а exeuntia singularem non habentia: врата, оуста, quae sunt neutrius.

3-o Omnia Nomina exeuntia in ь, praeter superius specificata, sunt feminina: вошь, мышь, плѣшь, calvities: пажить, совѣсть, милость.

Saepe ь transit in ы, sed genus non mutatur, любвы pro любовь.

Aut singularem non habendo in и terminantur: хлаби, отруби (in communi м) изгреби

грєки, quisquiliae, мощи, плєщи, голєни, вєрєги, вили (in Ruth. вилым) furca.

4–o Nomina exeuntia in а generatim: пꙋстына, сватына.

Sed excipe in ма: имА, врєма, вымА.

Item pulli animantium per а: жрєба, щєна, тєла.

Aut diminutiva: вола, коровла, пса, quae sunt neutra.

Neutra sunt:

1–o Exeuntia in о, слово, тѣло.

2–o in є, морє, лицє.

3–o in їє, попїє, здавїє, оучєнїє, спасєнїє.

Rutheni solent їє contrahere in а, sed genus ideo non mutatur: дꙋбїє, дꙋбла, гвоздїє, гвозда.

Augmentativa et diminutiva ищє servant genus unde derivata sunt: домищє, a дом, отчєнко, ab отєц, жєнищє a жєна.

DE DECLINATIONIBUS. Ѡ СКЛОНЕНІЇѢ.

§. 10. Priores Grammatici terminationum rationem habentes, quatuor Statuerant Declinationes, sed frequentes et copiosae exceptiones non modo reddidere partem hanc Grammaticae difficilem, sed

sed plane obscuram. Unde palam evictumque redditum est: Methodum hanc nomina flectendi non esse naturalem. Pervolvat Lector, sive Meletium Smotriski, sive Lomonossov, aut recentiores: Grammaticam Academiae Petropolitanae, aut Mrazovitsii an claram ideam, distinctumque Conceptum Declinationum sibi efformando sit in statu? Rectius itaque recentiores Poloni, Bohemi, et Dobrowski Declinationes non a terminationibus, sed Generibus defigendas esse statuut. Unde horum vestigia praemendo tam generum, quam terminationum reflexionem habiturus sum. Tribus generibus existentibus, tres Declinationes enascuntur. 1-a Masculinorum, мѹжескаго полѹ. 2-a Femininorum, женскаго полѹ. et 3-a Neutrorum, средняго полѹ, quae ob varias terminationes variis Paradigmatibus distinquentur.

1-a DE-

I-a DECLINATIO. Склоненїє.

§. 11. Masculinorum in Consonas puras definentium.

Имєн мꙋжєскаго пола, согласными окончающихсѧ.

Singular. Єдинствєнноє число.

	Slavica.			Ruthenica.		
N.	раб	сын	дом	вол	Бог	Орєл
G.	раба	сына	домꙋ	вола	Бога	Орла
D.	рабꙋ	сынови	домꙋ	волови	Богови	Орлови
Ac.	раба	сына	дом	вола	Бога	Орла
V.	рабє	сынє, ꙋ,	домє	волє	Божє	Орлє
So.	рабом	сыном	домом	волом	Богом	Орлом
Loc.	рабѣ	сынѣ	домꙋ	волѣ	Бозѣ	Орлѣ

Plural. Множєствєнноє число.

	Slavica.			Ruthenica.		
N.	раби	сыновє, їє,	домовє	волы	Боги	Орлы
G.	раб	сынов	домов	волов (ив)	Богов	Орлов
D.	рабом	сыном	домом	волом (им)	Богом (им)	Орлом (им)
Ac.	рабы	сыны	домы	волы	Боги	Орлы
V.	раби	сыновє	домовє	волы	Боги	Орлы
So.	рабы	сыны	домы	волми, ами,	Богами	Орлами
Loc.	рабѣх	сынѣх	домєх	волѣх	Бозѣх	Орлѣх

DE-

DECLINATIO MASCULINORUM.

Cum affecta consonante, seu cum ь, exeuntium.

Slavica.		Singular. Ruthenica.
N.	Царь врач камѐнь	пастырь ключь мȣжь
G.	Царѧ врача камене	пастырѧ ключа мȣжа
D.	Царю врачȣ камѐневи	пастыреви (ови) ключеви мȣжеви (ови)
Ac.	Царѧ врача камень	пастырѧ ключ, а, мȣжа
V.	Царю врачȣ камень	пнстырю ключȣ мȣжȣ
Io.	Царем врачем каменем	пастырем (ом) ключем, (ом) мȣжем (ом)
Lo.	Цари врачи камени	пастыри (ѣ) ключи (ѣ) мȣжи (ѣ)

Plural.

N.	Цари, їе, врачеве каменїе	пастырѣ ключи (ѣ) мȣжи (ѣ)
